



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 23. Erumdem Rusticorum petulantia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

sumere, Sanctos invocare, & Templa frequentare II. jejunii diebus a carni-  
bus abstinere jubeantur III. nullam a-  
liam fidem, quam Catholicam sub car-  
ceris pæna profiteri cogantur.

Sæc. XVIII.  
A.C. 1731.

§. XXIII.  
*Rusticorum petulantia.*

Paulopost alii etiam Pagi, posthabito  
legitimi sui Judicis ac Principis  
judicio suos Deputatos ad exterros Ju-  
dices ablegarunt, a quibus potentissi-  
mum sibi auxilium tanta arrogantia  
policebantur, ut coram Archiepiscopi  
Ministris palam jactitarent, nisi illis  
plena suæ Religionis libertas conce-  
deretur, funesta quæque brevi esse e-  
ventura, promissas militum suppetias  
in eorum opem jamjam accurrere, Ar-  
chiepiscopi milites, cum paucos ha-  
beret, nec Cælaris copias, cum illas  
nunquam ad Alpes missurus esset, non  
esse pertimescendas, actum esse de Sa-  
lisburgensi Principe, ejusque ditione,  
ejus milites, qui Werfæ & Radstadii  
essent, nullo negotio interfici posse,  
omnes Rusticos, si Princeps vel hiscere  
ausit, arma in eum sumpturos; unica  
litera opus esse, & mox Brandenburgi-  
cum & Helvetos cum octoginta armato-  
rum millibus præsto futuros, se lega-  
tionis

Sæc. XVIII. tionis Ratisbonensis exitum præfola.  
A.C. 1731. tuos, & tunc rei aliam faciem bre-  
fore; rem jam esse ad extrema deli-  
ctam, nec rusticos sine ignominia re-  
trocedere posse, utcunque alea cas-  
ret, vi perfringendum esse, Ratisbo-  
nuntiatum esse, quicquid tentatur  
rent, Principi Salisburgenſi inhibe-  
dum, ne ſeſe opponeret, cruentum bellum,  
& internecinam cædem instar,  
ſi Cæſarei milites numero prævalerent,  
desperationem vires additaram, ſe haud  
ultra permitturos, ut venditis ſuis bo-  
nis e ditione ejicerentur, ſed potius le-  
Catholicorum bona empturos, & hos  
inde ejectum iri, intra viginti quatuor  
horas ingentem rusticorum exercitum  
contractum iri &c. Has pluresque  
alias, quas rusticī jactabant, minas  
ipſimē Sectarii coram ſuis Prætoribus  
jurata fide testabantur. Nec ſolum in  
minis hæfere rebelles, ſed in  
Catholicos jamjam arma pararunt,  
imo etiam Catholicos, ni eis open-  
laturi eſſent, unacum eorum uxoriis  
& liberis trucidandos edixerunt.

#### §. XXIV.

*Gravaminum cognitio Deputatis ab  
Archiepiscopo commissa.*

Interim